of something true or something false, and another is not. Therefore, Aristotle first sets out that some conventionally significative utterance does not signify something true or something false, and on account of this, that part can be divided into two parts. (The second begins in here: **Those names, therefore**). In the first part, Aristotle declares that some conventionally significative utterance is significative of something true or something false, and that some conventionally significative utterance is not significative of something true or something false, and this is the third conclusion of this book, which is proved in the following way. Just as is the case for the intellect, so too it is the case for an utterance conventionally signifying a concept of the intellect. This statement is clear, because a sign is said to be conformed to its significate, but utterances imposed to signifying are formed for expressing a concept of the mind, and the intellect is sometimes lacks something true or something false, and sometimes it possesses something true

¹⁷⁷ A, B

¹⁷⁸ B

¹⁷⁹ ‘non. Secundo ostendit quod vox significativa ad placitum est significativa veri et falsi, et vox significativa ad placitum nec significat verum nec falsum’:

A, ‘aliqua vox significativa ad placitum nec significat verum nec falsum’: B

¹⁸⁰ ‘in secunda ipse ostendit quae sunt illae voces, et cetera’: B

¹⁸¹ A, B

¹⁸² B

¹⁸³ A

¹⁸⁴ B

¹⁸⁵ A, B

¹⁸⁶ ‘vel’: A, ‘sive’: B

¹⁸⁷ ‘enim’: A, B

¹⁸⁸ ‘quando’: B

componit res adinvicem vel dividit <eas>¹⁸⁹ abinvicem <est>¹⁹⁰ cum vero vel falso, [et quandoque {non}¹⁹¹ componit nec dividit <nec est>¹⁹² cum vero nec falso]¹⁹³. Nam circa compositionem et divisionem consistit veritas et falsitas, [ut dicit Aristoteles {in praedicamentis et tertio de anima}¹⁹⁴]¹⁹⁵.

Sciendum est [hic]¹⁹⁶ quod haec probatio non tenet solum per locum a simili, sed <etiam>¹⁹⁷ argumendo a causa ad effectum. Nam conceptiones intellectus sunt causae formationis et impositionis vocis. Nam voces proferuntur ad significandum {conceptus}¹⁹⁸ mentis, et ideo ex hoc quod conceptiones mentis quandoque sunt cum vero vel <quandoque cum>¹⁹⁹ falso, et quandoque <sine vero et quandoque sine falso, sequitur quod voces significativae quandoque sunt cum vero et

or something false. Therefore also it is the case with an utterance, because a certain utterance is significative of something true or something false, and a certain one is not. For the intellect sometimes combines things with one another or divides them from one another with the result that it possesses something true or something false, and sometimes it does not combine them with one another or divide them from one another with the result that it does not possess something true or something false. For truth and falsity consist in composition and division, as Aristotle says in the *Categories* and in the third book of the *De Anima*.

We must know that this proof does not hold only from an argument from similarity, but also by arguing from cause to effect. For conceptions of the intellect are the cause of forming and imposing an utterance, for utterances are uttered for signifying concepts of the mind, and therefore from this, that conceptions of the mind sometimes are true or false, and sometimes not, it is also argued from cause to effect.

¹⁸⁹ A, B

¹⁹⁰ A, B

¹⁹¹ ‘nec’: A

¹⁹² A

¹⁹³ B

¹⁹⁴ ‘super isto passu in libro isto perihermeneias primo capitulo’: B

¹⁹⁵ A, B

¹⁹⁶ A

¹⁹⁷ B

¹⁹⁸ ‘conceptiones’: A

¹⁹⁹ B

quandoque cum falso, et quandoque²⁰⁰ non, et arguitur a causa ad effectum.

Circa illud dictum philosophi, <scilicet>²⁰¹ **circa compositionem et divisionem consistit veritas et falsitas**, est sciendum quod veritas uno modo est adequatio rei ad virtutem cognoscentem, et alio modo est adequatio virtutis cognoscentis {ut}²⁰² intellectus ad <ipsam>²⁰³ rem. Primo modo veritas est idem quod conformitas rei ad virtutem cognoscentem per quam manifestat vel nata <est>²⁰⁴ manifestare se intellectui talem qualis est, et sic veritas non est aliud quam conformitas {apparentiae}²⁰⁵ rei ad suam existentiam. Et talis veritas est duplex, sicut virtus cognitiva est duplex, scilicet creata et increata. Veritas quae est conformitas rei <apprehensae>²⁰⁶ ad virtutem cognitiva increatam, scilicet ad intellectum divinum, {est in}²⁰⁷ omni ente tam complexo quam incompleto, quia {quaelibet}²⁰⁸ res est nata manifestare se intellectui divino talem qualis est, cum intellectus divinus non possit <circa>²⁰⁹ aliquam rem decipi, et verum quod {derivatur}²¹⁰ a veritate sic accepta convertitur cum ente, et de ista veritate dicit philosophus secundo metaphysicae, quod unumquoque ens sicut se habet ad

Concerning this *dictum* of Aristotle, namely **truth and falsity have to do with composition and division**, we must know that truth in one way is the adequation of a thing to the power of a cognitive agent, and in another way it is the adequation of the power of the cognitive agent, such as the intellect, to a thing. In the first way, truth is the same as the conformity of a thing to a cognizing power through which it manifests or is naturally suited to manifest itself that it is of such as sort, and so truth is nothing other than the conformity of an appearance of a thing to its own existence. This sort of truth is of two sorts, just as a cognitive power is of two sorts, namely created and uncreated. Truth which is the conformity of a thing to the uncreated cognitive power, namely to the divine intellect, is in every being, regardless of whether it is complex or non-complex, because each thing is naturally suited to manifest itself the sort of thing that it is to the divine intellect, since the divine intellect cannot be deceived by anything, and a true thing which is

²⁰⁰ B

²⁰¹ B

²⁰² 'scilicet': B

²⁰³ B

²⁰⁴ A, B

²⁰⁵ 'apprehensae': B

²⁰⁶ B

²⁰⁷ 'inest': A, B

²⁰⁸ 'qualis': A

²⁰⁹ A, B

²¹⁰ 'denominatur': A, B

{entitatem}²¹¹, ita se habet ad veritatem, et veritas sic accepta non habet falsum {pro suo opposito}²¹². Veritas autem quae est adequatio rei ad virtutem cognitivam creatam, scilicet ad intellectum nostrum, est illud per quod res <est>²¹³ nata de se facere veram estimationem, et isto modo denarius habens debitam formam et debitam materiam denarii dicitur verus denarius. Sed denarius habens debitam formam <denarii>²¹⁴ et non debitam materiam dicitur falsus denarius, ut denarius cupreus [et aereus]²¹⁵ vel plumbeus, quia de se natus est facere falsam estimationem. Nam unumquoque <4rb> <quae>²¹⁶ habens formam {argenti}²¹⁷ natum est facere de se [veram]²¹⁸ estimationem quod est argentum <sive denarius argenteus>²¹⁹, et ideo denarius habens {veri}²²⁰ denarii figuram <sive formam>²²¹, et non materiam debitam {denarii}²²², ut materiam plumbeam et cupream, est falsus denarius, quia de se facit falsam estimationem. {Haec}²²³ autem falsitas est solum in compositis ex materia et forma, [et]²²⁴ ideo dicit philosophus

derived from truth understood in this way is convertible with being. Aristotle speaks about that sort of truth in the second book of the *Metaphysics*, when he says that each and every being [*ens*], just as it is related to being [*entitas*], so too it is related to truth, and truth taken in this way does not have some false thing for its opposite. However, truth which is the adequation of a thing to a created cognitive power, namely to our intellect, is that through which a thing is naturally suited to produce a true estimation about itself, and in this way a coin having the form and due matter of a coin is called a true coin. But a coin having due form but not due matter, such as a copper or bronze or lead coin, is called a false coin, because it is suited to produce a false estimation of itself. For one and the same thing having the form of silver is naturally suited to produce a true estimation of itself that it is silver, and therefore a coin having the figure of a true coin but not the due matter of a

²¹¹ ‘identitatem’: B

²¹² ‘sibi oppositum’: A, B

²¹³ A, B

²¹⁴ A, B

²¹⁵ A, B

²¹⁶ B

²¹⁷ ‘denarii’: A, B

²¹⁸ B

²¹⁹ B

²²⁰ ‘veram’: A, B

²²¹ B

²²² ‘denario’: B

²²³ ‘huiusmodi’: B

²²⁴ A, B

[in]²²⁵ tertio de anima quod intellectus circa quod quid [est]²²⁶, scilicet circa simplicem quidditatem rerum semper est verus.

Veritas autem secundo modo dicta, scilicet {quae}²²⁷ est adequatio virtutis cognoscentis <scilicet intellectus>²²⁸ ad rem cognoscitam, est in virtute cognoscente <scilicet in ipso intellectu>²²⁹ sicut in subiecto, et talis est duplex. <Quia>²³⁰ quaedam [est]²³¹ complexa et quaedam [est]²³² incomplexa. Veritas incomplexa est [illa]²³³ quae est adequatio virtutis cognoscentis ad rem cognitam [quae]²³⁴ potest esse non solum in intellectu sed etiam in sensu, et ideo dicit philosophus in secundo de anima quod sensus respectu proprii obiecti semper est verus, hoc est, in maiori parte est verus, quia in maiori parte sensus conformatur obiecto suo proprio, et circa {illud}²³⁵ non decipitur. Veritas autem complexa solum est circa compositionem et divisionem intellectus, et de hac veritate

coin (having instead, for example, copper or bronze matter) is a false coin, because it produces a false estimation of itself. However, this falsity is only in the composite out of matter and form, and therefore Aristotle says in book 3 of the *De Anima* that the intellect, concerning the “what it is,” namely the simple quiddity of a thing, is always true.

However, truth spoken of in the second way, namely that which is an adequation of a power of a cognitive agent to a cognized thing, is in the power of the cognitive agent, namely in the intellect, just as in a subject, and it is of two kinds. A certain one is complex, and a certain one is non-complex. Non-complex truth is the adequation of the power of a cognitive agent to a thing cognized, which can occur not only in the intellect but also in a sense. Therefore Aristotle says in the second book of the *De Anima* that a sense with respect to its proper object is always true, that is, in the greater part it is true, because in the greater part the sense is conformed to its proper object, and concerning that it is not deceived. However, complex truth alone is

²²⁵ A, B

²²⁶ A

²²⁷ ‘quod’: A

²²⁸ B

²²⁹ B

²³⁰ B

²³¹ A

²³² A, B

²³³ A, ‘et ista’: B

²³⁴ A

²³⁵ ‘ipsum’: A, B

loquitur <hic>²³⁶ philosophus cum dicit **circa compositionem et divisionem**, et cetera. Ex hoc {nam}²³⁷ quod intellectus asserit aliqua esse eadem quae non sunt eadem vel {aliqua non esse eadem quae sunt eadem}²³⁸ est propositio falsa, quae hoc significat, <et hoc>²³⁹ sive sit propositio in prolatione sive in mente.

Sed utrum sit aliqua propositio composita ex rebus extra animam <vel non>²⁴⁰ dictum est supra {in principio}²⁴¹ libri praedicamentorum. <Notandum est quod veritas incomplexa quae est adaequatio apparentiae rei ad suam existentiam respectu virtutis cognitive separatur in rebus naturalibus inanimatis, in rebus artificialibus, in rebus animatis irrationalibus, in rebus animatis habentibus rationi, et eodem modo est falsitas. In rebus naturalibus inanimatis, veritas est conformitas accidentium naturalium ad rem naturalem in qua sunt. In rebus artificialibus est conformitas apparentiae formae ad materiam debitam tali formae, et etiam dicitur veritas in rebus artificialibus est conformitas facti ad debitum fieri. In rebus animatis irrationalibus, est conformitas apparentiae talis rei ad suam operationem. In rebus habentibus rationi, est conformitas dicti vel sermonis ad mente et ad opus. Et eisdem modis dicitur falsitas difformitas apparentiae ad

concerned with the composition and division of the intellect, and Aristotle speaks about this truth when he says **concerning composition and division**, etc. For from this, that the intellect asserts some to be the same which are not the same, or some to be not the same which are the same, comes about a false statement, which a statement in speech or in the mind signifies.

But whether there is some statement composed out of things outside the soul was spoken of earlier, at the beginning of the *Categories*. However, supposing (as most do) that there is not some statement in reality composed out of things, there is a doubt whether on the part of reality something corresponds to the truth or falsity of a statement in the mind or in speech. For it is necessary that something correspond in reality to it through which we then say that it is true that a statement in the mind or in speech is true, because in this case it signifies just as it is in reality. Therefore, to this, that a statement is true, it is necessary to say that it is in reality just as the statement signifies, and consequently some proportional thing corresponds to the truth of a statement in the mind or in speech or in writing.

²³⁶ A

²³⁷ ‘enim’: A, B

²³⁸ ‘non esse eadem quae sunt eadem’: A, B

²³⁹ A, B

²⁴⁰ A

²⁴¹ ‘principium’: A

existentiam>.²⁴² Supposito vero quod non sit aliqua propositio in re <sit>²⁴³ composita ex rebus, ut communiter dicitur, est dubium quod ex parte rei {correspondeat}²⁴⁴ veritati et falsitati propositionis in mente et in prolotione. Oportet {nam}²⁴⁵ {ei}²⁴⁶ correspondeat aliquid in re {per quod}²⁴⁷ [tunc]²⁴⁸ dicamus {quod}²⁴⁹ verum est quod propositio in mente et in prolotione est vera, quia sic significat sicut est in re. Ad hoc igitur quod propositio sit vera, oportet quod <sic>²⁵⁰ sit in re sicut <ipsa>²⁵¹ propositio significat, et per consequens veritati propositionis in mente et in {voce}²⁵² et in scripto correspondet aliquid {proportionale}²⁵³.

Dicendum [est]²⁵⁴, ut mihi videtur, [quod ad hoc quod aliquid sit verum oportet]²⁵⁵ quod veritati propositionis in mente, in prolotione et in scripto {correspondeat}²⁵⁶ <aliquid proportionale in re>²⁵⁷ identitas vel diversitas seu non identitas

We must say, as it seems to me, that to the truth of a statement in the mind, in speech and in writing there corresponds some proportional thing in reality, namely the identity or diversity (or non-identity) of those for which the

²⁴² A

²⁴³ A

²⁴⁴ ‘corresponderet’: A

²⁴⁵ ‘enim’: A, B

²⁴⁶ ‘quod eis’: A, B

²⁴⁷ ‘quam’: A, B

²⁴⁸ A

²⁴⁹ ‘et’: A, B

²⁵⁰ A, ‘ita’: B

²⁵¹ B

²⁵² ‘prolotione’: B

²⁵³ ‘proportionabile in re’: A; ‘proportionabiliter in re’: B

²⁵⁴ A

²⁵⁵ A, B

²⁵⁶ ‘correspondet in re’: A

²⁵⁷ B

istorum pro quibus supponit subiectum et praedicatum. Unde veritati propositionis affirmative correspondet in re identitas illius pro quo supponit subiectum ad illud pro quo supponit praedicatum. Non {nam}²⁵⁸ potest [aliqua]²⁵⁹ propositio affirmativa cathegorematica <et>²⁶⁰ in recto esse vera nisi subiectum {supponat pro eo pro quo supponit praedicatum, scilicet verificetur}²⁶¹, et si {supponat}²⁶² pro eodem tunc est affirmativa vera, et negativa cathegorematica {non est vera in recto}²⁶³ si subiectum et praedicatum supponant pro eodem, sed si supponant pro diversis <omnino [tunc]²⁶⁴>²⁶⁵ est negativa vera.

Et si dicatur quod est affirmativa vera quando non est talis identitas, quia haec est vera, ‘Caesar est Caesar’, et tamen non est aliqua identitas <Caesaris>²⁶⁶. Similiter negativa potest esse vera sine [tali]²⁶⁷ diversitate illorum pro quibus {supponit}²⁶⁸ subiectum et praedicatum, ut patet, ista {nam}²⁶⁹ est vera, ‘Caesar non est Plato’, et tamen Caesar et Plato non sunt diversa cum non sint entia, et idem et diversum sunt differentiae entis.

²⁵⁸ ‘enim’: A, B

²⁵⁹ A, B

²⁶⁰ A, B

²⁶¹ ‘et praedicatum supponunt pro eodem’: A, B

²⁶² ‘supponant’: A, B

²⁶³ ‘et in recto non est vera’: A, B

²⁶⁴ B

²⁶⁵ A

²⁶⁶ A

²⁶⁷ A, B

²⁶⁸ ‘supponunt’: B

²⁶⁹ ‘enim’: A, B

subject and predicate supposit. Hence to the truth of an affirmative statement there corresponds in reality the identity of those for which the subject supposits to that for which the predicate supposits, since some affirmative, categorical statement cannot be true unless the subject and predicate supposit for the same thing. And if they supposit for the same thing, then it is an affirmative true statement. However, a negative categorical statement is not true if the subject and the predicate supposit for the same thing; rather, it is true if they supposit for different things.

And if it is said that an affirmative statement is true when there is no such identity, because this is true, ‘Caesar is Caesar’, and yet there is not some identity, and likewise a negative statement can be true with a diversity of that sort of those for which the subject supposits and the predicate, as is clear, for this is true, ‘Caesar is Plato’, and yet Caesar and Plato are not diverse, since they are non-beings, and identity and diversity are differences of beings.

Dicendum quod Caesar corrupto identitas est Caesaris ad Caesarem, sed illa identitas non existit, [sed est identitas rationis]²⁷⁰. {Et idem}²⁷¹ {Caesarem}²⁷² <est>²⁷³ idem Caesari identitate quae non est, nec oportet quod idem et diversum semper sint differentiae entis {maxime transcendentis quod scilicet est in intellectu}²⁷⁴. Unde [sic]²⁷⁵ potest dici quod <sicut>²⁷⁶ ens dicitur {dupliciter}²⁷⁷ – uno modo [ut]²⁷⁸ est commune omni intelligibili, alio modo idem [est]²⁷⁹ quod existens – sic idem et diversum dicitur <multipliciter>²⁸⁰ – unomodo ut [sunt differentiae entis transcendentis, alio modo ut]²⁸¹ sunt differentiae entis in effectu, hoc est, in actu existentis, [et]²⁸² per hoc patet responsio ad argumentum.

We must say in response that, Caesar have died, there is an identity of Caesar with Caesar, but that identity does not exist, but is rather an identity of reason. And, again, Caesar is the same as Caesar by an identity which does not exist, nor is it necessary that identity and difference are always differences of being in actuality, that is, of an existing being. Rather, they are differences of a being which is maximally transcendent, namely what is common to everything intelligible. Hence in this case it can be said that ‘being’ is said in two ways. In one way as it is common to all intelligible things, and in another way it is the same as an existing being. So identity and difference are spoken of in many ways – one way as they are differences of transcendent being, in another way as they are differences of being in effect, that is, in actual existence, and through this the response to the argument is clear.

²⁷⁰ A, B

²⁷¹ ‘unde’: A, B

²⁷² ‘Caesar’: A

²⁷³ A

²⁷⁴ ‘in effectu, hoc est, existentis, sed sunt differentiae entis quod est maxime transcendentis, quod scilicet est commune omni intelligibili’: A; ‘in effectu, hoc est, existentis actu, sed quod sunt diversa differentiae entis quod est maxime transcendentis, quod scilicet est commune omni intelligibili’: B

²⁷⁵ A, ‘modo’: B

²⁷⁶ A

²⁷⁷ ‘multipliciter’: A, B

²⁷⁸ A

²⁷⁹ A

²⁸⁰ A

²⁸¹ B

²⁸² A

Nomina igitur ipsa et verba consimilia sunt sine compositione vel divisione intellectui, ut homo vel album, quando non additur aliquid. Nam enim adhuc verum vel falsum est. Huius autem signum hoc est hircocervus enim significat aliquid sed quod nondum verum vel falsum sit. Si esse vel non esse non addatur, vel simpliciter vel secundum tempus.

Haec est secunda pars tertiae partis huius capitali in qua philosophus ostendit quae vox est significativa veri vel falsi et quae nec est significativa veri nec falsi, et probat quod nomina per se sumpta nec significant verum nec falsum, et haec est conclusio quarta huius libri, quae probatur sic. Primo ex dicto immediate praecedenti sic, circa compositionem et divisionem consistunt veritas et falsitas sed nomina et verba per se sumpta sunt sine compositione et divisione. Ergo nomina et verba per se sumpta nec significant verum nec falsum. Secundo probatur per quoddam signum, et arguitur per locutionis cum a maiori sic. Si aliquod nomen et verbum significarent <k4va> verum vel falsum, hoc maxime esset verum de nomine et verbo compositio, sed nomen nec verbum compositum per se sumptum sunt verum vel falsum. Igitur nullum nomen vel verbum compositum per se sumptum significat verum vel falsum. Maior patet, et minor declaratur per exemplum sic. Hircocervus est nomen compositum, et hoc nomen, ‘hircocervus’, per se sumptum non significat verum nec falsum. Unde si non addatur sibi verbum praesentis tempis aut praeteriti aut futuri non significat verum nec falsum.

Sed hic dubitatur. Videtur nam quod unum nomen per se sumptum sit verum vel falsum, quia nomina significant ad

placitum. Ergo possibile est imponere unum nomen ad significandum idem quod ista enuntiatio, ‘homo est animal’, sed ista enuntiatio significat verum vel falsum. Ergo multo fortius unum nomen compositum potest significare verum vel falsum. Antecedens patet, nam haec littera, *a*, potest imponi ad significandum idem quod haec enuntiatio, ‘deus est’, significat.

Item si quaeratur quid legit in scholis, et respondeatur, ‘magister’, qui sic respondet dicit verum vel falsum, et non dicit nisi unum nomen per se sumptum. Igitur nomen per se sumptum significat verum vel falsum.

Similiter hoc verbum, ‘curro’, significat idem quod haec oratio, ‘Ego curro’, sed haec oratio significat verum vel falsum.

Dicendum est quod nec nomen nec verbum separatum, hoc est, seorsum acceptum, hoc est, per se acceptum, significat verum <vel> falsum complexe. Unde potest dici distinguendo <nam> significare verum vel falsum est duplex, scilicet complexe et incomplexe. Illud significat verum vel falsum complexe cuius pars significat partem totius significati, ita quod sicut totum significat totum verum vel falsum, ita pars significat partem veri vel falsi, et sic nec nomen nec verbum per se sumptum significat verum vel falsum complexe, scilicet per modum complexi, quia nec pars nominis nec pars verbi significat aliquid per se, ut dicit philosophus, et per consequens nec significat partem illius quod significatur per totum. Et propter hoc dico quod nec nomen nec verbum per se sumptum significat verum vel falsum complexe sive per modum

complexi. Dico tamen quod unum nomen et unum verbum potest significare verum vel falsum incomplexe sive per modum incomplexi, et sic potest haec vox, *a*, imponi ad significandum idem quod haec propositio, ‘deus est’, nec ex hoc sequitur quod illa vox, *a*, sit propositio, quia <non> omne significans verum vel falsum est propositio, sed solum significans verum vel falsum per modum complexi est propositio. Ergo, et cetera. Si dicatur quod si, *a*, significat idem quod ista propositio, ‘deus est’, tunc ista est vera, *a* est propositio, quia sequitur, ‘deus est’, est propositio. Ergo, *a* est propositio. Antecedens est verum. Ergo consequens. Consequentia patet, quia arguitur a convertibili ad suum convertibile.

Item nomina significant ad placitum. Si igitur verum est quod *a* significat distincte idem quod haec propositio, ‘deus est’, significat, et imponatur ad significandum distincte illud quod ista propositio significat, tunc sequitur quod *a* significat verum vel falsum.

Ad primum dicendum est quod haec est multiplex, ‘*a* est propositio’, eo quod ‘*a*’ potest supponere materialiter et significative. Si sumatur significative, sic haec est vera, ‘*a* est propositio’. Si autem materialiter sic est falsa, quia haec littera, *a*, non est propositio, nec valet in isto sensu: ‘deus est’ est propositio, ergo *a* est propositio, nec valet consequentia a convertibili ad convertibile sumptis terminis materialiter. Non nam sequitur: homo est bisyllabus, igitur risibile est bisyllabus, nec valet: homo est nomen substantivum, igitur risibile. Unde sumpto *a* materialiter non dicendum quod *a* sit propositio, quia si sic, haec foret bona consequentia: *a* est, ergo deus est, quod

est non verum. Unde *a* materialiter sumptum non potest esse antecedens nec consequens. Et si dicatur de significative sumpto verificatur quod est propositio, ergo potest esse quod sit antecedens, ergo sumpto *a* significative erit haec consequentia bona: Si *a*, deus est.

Dicendum quod sic dicendo ‘si *a* est *a*’, vel ‘si *a* est *b*’, non est consequentia, nec isti termini possunt sumi sic nisi materialiter, quamvis respectu alterius possint significative vel materialiter sumi indifferenter.

Ad aliam dicendum quod impossibile est quod *a* significet idem distincte quod ista propositio, ‘deus est’. Unde nomina significant ad placitum sic quod possunt imponi cuilibet rei indifferenter, modus tamen significandi rem distincte vel indistincte non est ad placitum. Unde quamvis omne illud quod intelligitur possit intelligitur distincte potest significari per unum nomen distincte, quia sic diffinitio potest constare diffinitum, et hoc est contra philosophum secundo metaphysica.

Ad primum principale quod videtur esse in contrarium, est dicendum, concedendo quod unum nomen potest idem significare, sed nec unum nomen nec una littera potest significare complexe idem quod haec propositio, ‘deus est’.

Ad <k4vb> aliud dicendum est quod si quaeratur quis legit in scholis, et respondeatur ‘magister’, sic respondens de virtute sermonis, nec dicit verum nec falsum, de bonitate tamen intellectus potest per dictum suum intelligere verum vel falsum

subintelligendo verbum quod fuit interrogative positum. Unde hoc nomen, ‘magister’, non significat verum vel falsum, de virtute tamen interrogationis dat intelligere verum vel falsum.

Ad aliud dico quod verba quae sunt primae aut secundae personae sunt verba excellentis actionis, quia in eis intelligitur nominativus determinatus, et ideo in eis est implicita compositio. Unde huiusmodi verba significant verum vel falsum implicite. Melius tamen videtur esse dicendum quod huiusmodi verba primae et secundae personae, ut ‘curro’, ‘curris’, non significant verum vel falsum, quia idem significant ‘curro’ et ‘currit’, sed hoc verbum ‘currit’ non significant verum vel falsum, igitur nec ‘curro’. Unde persona non est de significato verbi, sed est accidens verbi. Verum tamen est quod verbum primae et secundae personae dat intelligere verum vel falsum, et hoc verbum, ‘curro’, dat intelligere hoc pronomen, ‘ego’. Non est tamen de significato huius verbi ‘curro’. Unde intentio philosophi est haec, quod nec nomen nec verbum per se sumptum significat verum vel falsum, sed sola propositio significat verum vel falsum. Distincte tamen unum verbum primae et secundae personae dat intelligere verum vel falsum.

Sed contra hoc. Ista consequentia est bona: ‘curro igitur moveor’, et per consequens ‘curro’ est antecedens et ‘moveor’ consequens, et nihil potest esse antecedens sive consequens nisi propositio. Igitur ‘curro’ est propositio, igitur significat verum vel falsum.

Huic potest responderi dupliciter. Uno modo quod hic non est

aliqua consequentia: ‘curro, igitur moveor’, nec ex opposito sequitur oppositum quod potest esse antecedens vel consequens.

Si dicatur ‘curro’ et ‘ego curro’ convertuntur, et haec propositio, ‘ego curro’, potest esse antecedens vel consequens. Ergo ‘curro’ potest esse antecedens vel consequens. Dicendum quod ‘curro’ et haec oratio, ‘ego curro’, convertuntur sicut complexum et incomplexum, et ideo non oportet quod si unum possit antecedens vel consequens, quod propter hoc reliquum possit esse antecedens vel consequens, sicut posito quod *a* significat idem quod haec oratio, ‘deus est’, significat. Non sequitur: ‘deus est’ potest esse antecedens vel consequens, ergo haec littera, *a*, potest esse antecedens vel consequens. Sed oportet plus addere quod sunt convertibilia tamquam complexa. Unde posito quod *a* significet idem quod ‘deus est’, non propter hoc est hic aliqua consequentia: ‘deus est, igitur *a* est’, nec hic, ‘*a* est, igitur deus est’, et causa dicta est superius.

Et si dicatur, proferens hoc verbum ‘taceo’, dicit falsum, ergo hoc verbum ‘taceo’ significat falsum, dico quod proferens hoc verbum, ‘taceo’, de virtute sermonis nec dicit verum nec dicit falsum. Unde propter hoc dictum intelligitur verum vel falsum, sed hoc est ex communi usu loquendi, non ex virtute sermonis.

Alio modo potest dici quod haec consequentia est bona: ‘curro, igitur moveor’, et tunc esset dicendum quod antecedens esset propositio implicite, non ratione significati tamen sed ratione primae personae intellectae in curro, nec valet est propositio implicita, igitur significat verum vel falsum, sed sufficit quod

includit verum vel falsum. Prima tamen responsio magis concordat verbis et sententiae Aristotelis.

< Capitulum 2: De Nomine >

Nomen ergo est vox significativa secundum placitum sine tempore, cuius nulla pars est significativa separata.

Istud est secundum capitulum primi tractatus in quo determinatur de partibus integralibus enunciationis et continet duas partes principales. In prima determinatur de nomine. In secunda ibi, **verbum est illud**, determinatur de verbo. Prima pars continet duas partes in prima ponitur diffinitio nominis, et manifestatio partium diffinitionis. In secunda ibi, **non homo vero**, excludit philosophus quaedam a ratione nominis quae apparent esse nomina et non sunt nomina. Primo ergo philosophus ponit diffinitionem nominis, dicens quod nomen est vox significativa ad placitum sine temporis cuius nulla pars significat separata. In hac diffinitione ponuntur quinque differentiae per quas dicitur nomen ab aliis quae non sunt nomina. Per hoc nam quod nomen est vox differt nomen a sonis quae non sunt voces. Nam quidam sonus est vox, et quidam est non vox, et quaedam est vox significativa, per hanc particulam, ‘significativa’, differt nomen a voce non significativa, et quia vocum significatarum quaedam significant ad placitum, et quaedam naturaliter. Per hanc particulam, ‘ad placitum’, differt nomen a voce significativa naturaliter, et quia vocum significatarum ad placitum quaedam significant cum tempore, ut verbum et participium, et quaedam sine tempore. Per hanc particulam, ‘sine tempore’,

<Chapter 2: On Names>

differt nomen a verbo et participio. Adhuc quia quaedam vox significativa ad placitum sine tempore habet partem quae per se aliquid significat, ut oratio. Ideo ad differentiam orationis ponitur ista particula, ‘cuius nulla pars per se significat’, et cetera. Unde quia per particulas positas in diffinitione ponuntur particulae illae. Ponitur nam vox tanquam genus et aliae particulae ponuntur tanquam differentiae.

In nomine enim quod est equiferus. Ferus nihil per se significat quemadmodum in oratione quae est equus ferus. At vero non quemadmodum in simplicibus nominibus sic se habet et in compositis. In illis enim nullo modo pars significativa est. In his autem vult quidem significativa esse sed nullius est separatim, ut in eo quod est equiferus.

Posita diffinitione nominis philosophus exequitur, declarando duas particulas positas in hac diffinitione, scilicet tertiam et ultimam. Nam duae particulae patent ex praecedentibus ex hoc quod ea quae sunt in voce sunt notae passionum animae. Quarta particula patebit capitula, de verbo. Primo ergo declarat particulam ultimam, quod nulla pars nominis est significativa separatim, et hic est conclusio quinta huius libri, qui probatur per locutio a maiori sic. Si aliqua pars nominis significat separati, hoc foret maxime verum de partibus nominis compositi, sed partes nominis compositi nihil significat separati. Igitur nulla pars nominis significativa separati. Maior patet. Minor declaratur, declaratione exemplari sic. Hoc nomen, ‘equiferus’, est nomen compositum, et nulla pars huius nominis secundum quod est pars significat aliquid per se, quia nec ‘equus’ nec ‘ferus’ significat aliquid secundum quod est

pars huius nominis, 'equiferus'. Differunt tamen pars nominis compositi et pars nominis simplicis, quia pars nominis simplicis nec significat aliquid per se, nec apperet aliquid significare per se. Pars etiam nominis simplicis nec significat aliquid in toto cuius est pars nec extra totum, sed pars nominis compositi videtur significare aliquid, et si non significet aliquid in toto tamen extra totum significat per se.

Secundum vero placitum quam naturaliter nominum nihil est, sed quando sit nota.

Aliam particulam, scilicet quod nomen significat ad placitum, declarat philosophus, et hic est conclusio sexta huius libri, et probatur dupliciter. Primo ostensive. Secundo per ratione ducentem ad impossibile. Primo sic. Illud quod non significat nisi ex hoc quod sit nota alterius significat ad placitum, quia quod fiat nota hoc est ad placitum, sed nomen est huiusmodi. Ergo, et cetera.

Nam designant et illiterati soni vt ferarum. Quorum nihil est nomen.

Secundo probatur eadem conclusio per impossibile sic. Si nomen non esset vox significativa ad placitum, sequeretur quod quaecumque vox esset indifferenter nomen, et sic soni ferarum illiterati qui naturaliter significant essent nomina, sed hoc est impossibile. Ergo solum vox significativa ad placitum est nomen. Unde quia voces significativae naturaliter non sunt nomina, cuiusmodi sunt soni ferarum illiterati, scilicet qui litteris non possunt scribi. Ex hoc concluditur quod illae voces

quae sunt nomina significant ad placitum.

Sed hic occurrit quattuor dubia. Primum est contra primam particulam diffinitionis nominis. Non nam videtur quod nomen sit vox, quia omnis vox est res naturalis, et nomen est res artificialis, cum sit factum per inventionem hominum et per artem, sed nulla res artificialis est res naturalis. Ergo hic est falsa, 'nomen est vox', sicut ista, 'Balneum est aqua'. Hic nam est falsa, sed ista est vera, 'Balneum est aqueum'.

Item vox est materia nominis, igitur non praedicatur de nomine, quia pars materialis non praedicatur in recto de toto cuius est pars.

Item videtur quod non omne nomen significet ad placitum, quia gemitus et latratus et huiusmodi sunt nomina, et tamen naturaliter. Ergo in diffinitione nominis male ponitur haec particula, 'significativa ad placitum', cum non conveniat omni nomini.

Item non videtur quod omne nomen significet sine tempore, quia 'dies', 'nox' et 'annus' sunt nomina, et significant tempus, et per consequens non significant sine tempore, quia si significarent sine tempore, significarent sine suo significato, quod est impossibile.

Contra illam particulam, 'cuius nulla pars aliquid significat', arguitur sic. Aliquid nomen componitur ex multis nominibus et nomina significant, igitur pars nominis significant. Maior est vera, quia capio hoc nomen, 'respublica', partes istius nominis

significant, quia 'res' significat et 'publica' etiam significat. Ergo, et cetera.

Ad primum dicendum uno modo quod vox quae ponitur in diffinitione nominis est indifferens ad vocem significantem ad placitum et ad vocem significantem naturaliter, aliter frustra poneretur in diffinitione illa particula, 'ad placitum', et ita illa vox posita in diffinitione nec est res naturalis nec artificialis, sed indifferens ad utrumque, sicut in animal in cuius diffinitione sic dicitur, 'subiecta animata sensibilis', nec est homo nec asinus sed est indifferens ad utramque, scilicet ad omnem speciem et individui animalis, et sic vox quae ponitur in diffinitione nominis nec est res naturalis nec artificialis, sed est genus utrumque. Per hoc nam patet secundum dubium, quam vox quae ponitur in diffinitione nominis est communis ad nomen et ad materiam nominis, et non est materia nominis.

Aliter potest dici quod sicut hoc commune nomen quod hic diffinitur est res artificialis, quia sit per institutionem imponentis, ita hoc commune vox positum in diffinitione nominis est res artificialis, quia sit per intentionem hominis, et non sequitur quod res artificialis praedicetur de re naturali, sed praedicatur artificiale de artificiali.

Adhuc potest dici aliter, quod quamvis nomen sit nomen per institutionem imponentis, tamen non est res artificialis, quia per hoc quod instituitur ad significandum nulla res artificialis sibi inhaerens acquiritur. Res nam naturalis presupponita omni impositioni imponitur ad significandum. Unde sicut signum quod est res naturalis, puta circulus, potest institui ad

significandum vinum in taberna, ita vox naturalis potest instituti ad significandum absque hoc, quod aliqua forma nova sibi acquiratur, et secundum hoc haec esset neganda, ‘nomen est res artificialis’. Si quis tamen velit dicere quod ex hoc quod vox imponitur ad significandum acquiritur voci quidam respectus ad significandum, ita quod nomen est quoddam aggregatum ex voce et ex respectum ad significandum, sic dicens habet dicere quod nomen est res artificialis, nec est inconueniens nomen rei naturalis praedicari in recto de nomine rei artificialis accepto in concreto. Subiectum vero accidentis praedicatur de accidente accepto in concreto, ut patet. Haec enim est vera, ‘simus est nasus concavus’, et quoddammodo potest concedi quod discus est lignum sic vel sic figuratum. Et quia haec diffinitio datur de nomine sumpto in concreto, ideo potest materia nominis, scilicet vox quae est res naturalis vere potest praedicari in recto de nominis quod est res artificialis.

Sed diceret forte aliquis quod nomen hic diffinitur est res naturalis, quia nomini praesupposito imponi competit haec diffinitio, ‘vox significativa ad placitum’, et quia illud quod praesupponitur imponi ad significandum est res naturalis, ergo et cetera. Dicendum quod vox significativa accipi potest pro materiali in tempore orationis quod quidem materiale praesupponitur imponi, vel potest accipi pro aggregato ex materiali nomine et respectu ad significandum. Primo modo praedicatur de voce quae est res naturalis, et sic non ponitur in diffinitione nominis, sed solum prout accipitur pro aggregato ex materiali in parte orationis et ex respectu ad significandum.

Ad tertium dubium dicendum quod gemitus, latratus et huiusmodi possunt accipi materialiter vel significative. Si

materialiter, sic haec est vera, 'latratus est nomen et significat ad placitum', et hoc nomen, 'latratus' sive hoc materiale, 'latratus', ita bene potuit fuisse impositum ad significandum hominem vel asinus, sicut ad significandum id quod modo significat, et sic haec esset falsa, 'latratus naturaliter significat'. Si autem sumantur huiusmodi nomina significative, sic sunt hae propositiones falsae: 'latratus est nomen', 'gemitus est nomen', quia sic accipitur, 'gemitus' pro voce quam homo profert, et illa vox non est nomen, et sic huiusmodi sunt verae: 'latratus significat naturaliter', 'gemitus significat naturaliter', et sic de aliis.

Ad aliud dubium dicendum quod illud dictum philosophi, **nomen significat sine tempore**, sic intelligitur quod nomen non significat suum significatum ut mensuratur aliqua certa mensura vel differentia temporis, et hoc est significare sine tempore tamquam sine suo consignificato, quia tempus non est consignificatum nominis cum non accidat nomini. Dico igitur quod 'nox' et 'dies' et huiusmodi significant tempus et non consignant tempus. Nam 'dies' non significat suum significatum ut mensuratur aliqua certa mensura seu differentia temporis, sicut 'currere' significat cursum et mensuratur tempore, sed 'dies' et 'nox' et huiusmodi sunt abstracta ab omni differentia temporis. Unde huiusmodi nomina significant tempus sed non significant cum tempore, et quando infertur tunc quod huiusmodi nomina significant sine suo significato, dico igitur quod secundum quod 'sine' privat solum consignificatum, sic concedo quod 'dies' significat sine suo significato tamquam sine suo accidente, quia significatum suum non est suum accidens.

Ad aliud potest dici quod nullum nomen potest dici pars nominis. Sicut enim unus homo non componitur ex pluribus hominibus, ita nec unum nomen componitur ex pluribus nominibus. Dicitur tamen compositum quia componitur ex materialibus plurium nominum. Unde hoc nomen, ‘respublica’, componitur ex materiali et hoc nomen, ‘res’, et ex materiali et hoc nomen, ‘publica’, et non componitur ex istis nominibus. Si quis nam velit dicere quod nomen compositum componitur ex pluribus nominibus simplicibus, debet dicere quod aliqua pars nominis significat per se et non secundum est pars nominis illius, et hoc intelligit hic philosophus, et textus sonat. <k5va>

Non homo vero non est nomen. At vero nec impositum nomen est ei quo illud oporteat appellari. Neque enim oratio aut negatio est, sed sit nomen infinitum.

Haec est secunda particula primae partis, in qua philosophus removet quaedam a ratione nominis quae apparent nomina et non sunt nomina, et hoc secundum quod dicit Boethius est ut integerrima diffinitio nominis habeatur et sunt duo quae removet a ratione nominis, scilicet nomen infinitum et nomen obliquum. Et primo removet nomen infinitum, dicens quod non homo non est nomen nec est nomen ei impositum quo oporteat illud appellari, nec est affirmatio nec negatio, sed sit nomen infinitum. Hoc est impositum sibi et omnibus consimilibus nomen et vocetur nomen infinitum. Causam autem propter quam nomen infinitum non est nomen assignavit Boethius, dicens quod omne nomen unam rem significat determinatam, qui vero dicit non homo non hunc hominem quod talis significat nec quod illa significative velit ostendere omni ratione non diffinit seu non ostendit. Haec igitur videtur causa

quam assignat Boethius quare nomen infinitum non est nomen, quia non significat rem determinatam, sed verificatur indifferenter pro omni ente et non ente, et de quolibet alio ab eo quod infinitatur per negationem infinitantem. Dicit nam Boethius quod negatio infinitans praesentem naturam interimit cum additur negatio infinitans, infinitans alias derelinquit. Et ex hoc denotatur quod nomina transcendentia non ponunt infinitari, quia si infinitarentur nulla natura de relinqueretur. Unde accipiendo ens in sua maxima communitate, ut est commune ad omne intelligibile, sic non potest infinitari. Unde non ens, ut non cadit super ens communissimum nihil significat nec de aliquo verificatur sive praedicatur, nec est infinitum nec infinitum, sed est vox non significativa. Tamen ens existens quod solum verificatur de existentibus bene potest infinitari, quia ipso infinitato relinquuntur aliae naturae possibles, quamvis non relinquatur aliqua natura existens actu.

Catonis autem vel catoni et quaecumque talia sunt non sunt nomina sed casus nominum. Ratio autem eius in aliis quidem eadem est.

Secundo removet nomina aliqua a ratione nominis, dicens quod catonis et catonem non sunt nomina et similia, sed casus nominum. Ratio tamen nominis in aliis est eadem. Haec est diffinitio nominis superius posita est eadem in obliquis, quia competit nominibus obliquis.

Sed differunt quam cum est vel fuit vel erit adiunctum neque verum neque falsum est. Nomen vero semper ut catonis est vel non est. Nondum enim aliquis neque verum

neque dicit falsum.

Ostendit quod nomina obliqua non sunt nomina quamvis eis conveniat diffinitio nominis supradicta, et haec es conclusio septem huius libri, quae probatur sic. Ex quolibet nomine et ex hoc verbo, ‘est’ vel ‘fuit’ vel ‘erit’, constitutur oratio verum vel falsum significans, sed ex hoc nomine, ‘obliquo’, et ex hoc verbo, ‘est’, vel hoc verbo, ‘fuit’, vel ex hoc verbo, ‘erit’, non constitutur oratio significans verum vel falsum, ut patet exemplariter. Si nam dicatur, ‘Catonis est’ vel ‘<Catonis> fuit’ vel ‘<Catonis> erit’, non est oratio significans verum vel falsum. Ergo ‘Catonis’ non est nomen, et eadem ratio est de aliis obliquis. De hac ratione ponitur minor in littera cum dicitur quod differt obliquus a recto quam ex hoc verbo, ‘fuit’ vel ‘erit’, et obliquo non sit oratio vera vel falsa.

Notandum quod philosophus signanter inducit exemplum de verbo substantivo cuiusmodi est hoc verbum, ‘est’, et sunt haec verba ‘fuit’ vel ‘erit’, quae sunt sua obliqua, quia sunt quaedam alia verba, scilicet impersonalia quae cum obliquis significant verum vel falsum, ut cum dicitur ‘Penitet me’, quia actus verbi intelligitur fieri super obliquum, ac si diceretur ‘Penitentia habet me’.

Hic occurrunt quaedam dubia, quia primo videtur quod nomen infinitum, et nomen obliquum sunt nomina, quia eis competit diffinitio nominis superius posita, et hoc dicit philosophus expresse in textu de nominibus obliquis.

Item videtur quod ratio Boethii non valet per quam dicit quod

nomen infinitum non est nomen, quia si ratio sua valeret, scilicet quia non dicit aliquam rem determinatam, sequeretur quod nomina transcendentia quae non significant aliquam rem determinatam non essent nomina, quia communis et magis indeterminate significant quam nomen infinitum, ut quam non homo, sed huiusmodi transcendentia sunt nomina. Ergo ratio Boethii non valet per quam dicit quod nomen infinitum non est nomen, et cetera.

Item videtur <k5vb> quod ex nomine obliquo et ex hoc verbo, ‘est’, possit fieri oratio significans verum vel falsum, quia haec est vera, ‘Catonis est genitivi casus’, et haec est vera per philosophum, ‘Catonis non est nomen’, et tamen constituitur ista oratio ex nomine obliquo et verbo.

Item haec videtur vera vel falsa, ‘Catonis est’, quia sequitur, ‘Catonis est asinus, igitur Catonis est ens’, et antecedens est verum supposito quod Cato habeat asinum, et per consequens ex nomine obliquo et ex verbo, ‘est’, constituitur oratio verum et falsum significans.

